

Ad futuram rei memoriam.

Exposito.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior, & Fratres Conventus S. Mariae supra Minervam de Urbe Ordinis Praedicatorum, quod licet dudum in Capitulo generali dicti Ordinis anno 1601. in Urbe praefata celebrato ordinatum fuerit de mandato fel. rec. Clementis Pape VIII. Praedecessoris nostri, ne fierent adfiliationes de uno Conventu in alium ex quacumque causa; sed tantum manerent filii Conventus, qui ibidem professionem emisissent. Haecque ordinatio subinde videlicet anno 1605. in eisdem Ordinis Capitulo generali Vallisoletan. confirmata, ac inter Constitutiones ipsius Ordinis relata, & diu inviolabiliter servata fuerit: nihilominus ab aliquot annis illis contraventum fuit, multique variis modis adfiliati fuerunt praefato Conventui S. Mariae supra Minervam, qui ere alieno gravatos eos sustentare non potest. Quare dicti exponentes ad evitanda in posterum similia incommoda, & ne filiationum huiusmodi diversitas pacem communem perturbet, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Decernunt. continuat.

§.2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ne de cetero perpetuis futuris temporibus ullus Frater cuiusvis alterius Conventus dicti Ordinis filius memorato Conventui S. Mariae super Minervam absque speciali nostra, seu Romani Pontificis pro tempore existentis concessione adfiliari possit, auctoritate apostolica tenore praesentium prohibemus, & interdicimus.

Claufula.

§.3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contra. iorum

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praefatorum Ordinis, & Conventus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia robo-

ratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Augusti 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

CDLII.

Declaratio nullitatis occupationis Civitatis Avenionen. ejusque Territorii, & Comitatus Venayssini, ac omnium in Curia Parlamenti Aquen., ejusque Deputatis, & aliis quibuscumque gestorum.

Dat. die 9. Aug. 1663. An. IX.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Pastoralis Officii, quod auctore Deo gerimus, cura, animi nostri vires mentisque consilium eo praecipue convertit, & dum S. R. E., Sedisque Apostolicae jura violata prompte reparationis, ac defensionis auxilium exposcunt, nihil a Nobis desiderari patiamur, quo illa intacta, & illibata (sicut decet) conserventur, & opportunis subsidiis si opus fuerit muniantur.

Motiva.

§.1. Sane dudum haec Sancta Sedes Apostolica possessionem Comitatus Venayssini, ac Civitatis, & Territorii Avenionen. nostrorum una cum alto, & supremo in illis dominio ex legitimis, ac notissimis, & antiquissimis titulis nacta, illa subinde plurimum saeculorum decursu sub plurimum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, nostroque regimine usque in praesens suo imperio pacifice possedit, ac Civitatem, ejusque Territorium, ac Comitatum huiusmodi, locaque illis subjecta ab invasionibus, & obsidionibus hereticorum, & Catholicis nominis hostium pluries, & armis, & sumptibus ex visceribus reliquae temporalis ejusdem S. R. E. Ditionis redactis, favente etiam saepias benigna Regum Christianissimorum assistentia, exemit, & recuperavit. Verum nuper cum ingenti, vehementique (ut par est) animi dolore accepimus, assertum Procuratorem Regium in Curia Parlamenti Aquen. adversus eandem Sanctam Sedem ausu damnabili egisse, terminosque servasse, ac servari curasse, & quaedam asserta jura, scripturas, & instrumenta ad celebrandam violentam invasionem, & manifestam usurpationem coacervasse, & exhibuisse pro assequenda asserta reunione eorumdem Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayssini nostrorum ad favorem Coronae Francorum; Quinimo non minus temere, & nulliter,

liter, quam attentate, & injuste Arrestum dicti Parlamenti super asserta reunionem huiusmodi extorsisse, ejusque vigore assertum ejusdem Parlamenti Praesidem, seu Regentem, illiusque Ministros, & Officiales Sanctam Sedem Apostolicam praedictam iniquo iudicio pulsatam curasse, quantum in ipsis fuit, Civitate, Territorio, & Comitatu praedictis, ac Supremo in eis Dominio, & Jurisdictione spoliare: Et ne quid deesse improbi operis complemento, dilectum filium in eisdem Civitate, & Comitatu nostrum, & dictae Sedis Vice-Legatum, ceterosque ejusdem Sedis ibidem existentes Ministros Civitate, & Comitatu praedictis manu militari expulisse, non secus, ac si Deus in brachio Vicarii sui, tanquam in Virga Moysis, ad defensionem Ecclesiae suae Sanctae cum potestate magna non assisteret; ac posthabitis etiam censuris, & poenis per Sacros Canones, ac Constitutiones, & Litteras Apostolicas praesertim a fel. rec. Innocentio VI. decimo Kalen. Junii Pontificatus sui Anno III. Gregorio XI. Idibus Decembris Pontificatus sui Anno IV. Martino V. undecimo Kal. Martii Pontificatus sui Anno VII., Eugenio IV., aliisque Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris editas, ac annis singulis die Coenae Domini legi, & publicari solitas contra invadentes, usurpantes, occupantes, vel detinentes in specie praedictos Comitatum Venayssinum, ac Civitatem Avenionem, ac Supremam Jurisdictionem in illis Romanae Ecclesiae competentem de facto usurpantes, perturbantes, retinentes, & vexantes inflictiis, in ejusdem Sanctae Sedis Apostolicae notorium contemptum, ac totius Christiani Orbis, haec improbantis scandalum, atque perniciosissimum exemplum. Et licet omnia desuper gesta, astitata, & innovata ex se ipsis corrumpant, nullaque prorsus, & irrita sint, tam ex capite patentis, & notoriae nullitatis, detestabilisque temeritatis ob manifestum Jurisdictionis defectum in Iudicibus laicis, qui ad praemissa processerunt adversum Nos Dei in terris Vicarium, & hanc Sanctam Sedem Apostolicam, studiose fatagendo notabilem ejus patrocinii partem violententer usurpare, quam est notoria injustitia resultante non solum ex legitimis, ac juridicis dictae Sedis titulis, verum quoque ex antiquissima, & pacifica, etiam quoad regimen, ac liberum exercitium alti, & Supremi Domini a multis Saeculis per eandem Sedem retenta, & nunquam juridice interrepta possessione cum assensu, scientia, & patientia omnium, qui pro tempore fuerunt Francorum Regum Christianissimorum; Ac proinde illa minime necesse sit ulla declaratione detestari, seu aboleri, eisque nullatenus attentis, Nos, & Apostolica Sedes in antiquissima nostra possessione pluribus Saeculis continuata jure persistamus, ac in futurum saltem animo, omnique alio meliori, & efficaciori modo perseveremus, perseverare omnino intendamus. Nihilominus pro abundantiori, & potiori cautela, ac efficaciori praesertim Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

vatione omnium, & quorumcumque jurium S. R. E. praedictae (habentes prius tenores actorum quorumcumque, ac sententiarum, seu arresti, omniumque desuper gestorum praedictorum; ceterorumque etiam necessario exprimentorum, & inferendorum praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis impugnative tamen, & non alias) Christi nomine semper invocato, ac habita super his in Consistorio nostro secreto cum Ven. Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorumdem Fratrum Consilio, & assensu, motu proprio, ac ex certa scientia nostra, deque apostolica potestatis plenitudine, ad perpetuam rei memoriam harum serie dicimus, & declaramus, citationes, executiones, petitiones, terminos declinatorios, & peremptorios ipsam sententiam, seu arrestum, omniaque, & singula in eis contenta, ac subsecuta, & subsecutura quaecumque, & praesertim Civitatis Avenionen., ejusque Territorii, & Comitatus Venayssini nostrorum praedictorum, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum quorumcumque eis subsectorum, seu in eis contentorum invasionem, occupationem, detentionem, usurpationemque, perturbationem, & vexationem huiusmodi regimini, & Alti, & Supremi Domini, & Jurisdictionis nostrorum, & dictae Sedis Vice-Legati, aliorumque nostrorum, & Sedis ejusdem Ministrorum ejectiones, seu expulsiones, ac omnia demum, & singula, ac quaecumque desuper acta, gesta, & astitata quomodolibet praedicta tam in universum, quam singulariter perpetrata, & attentata per Praesides, Consiliarios, & quoscumque alios a dicta Curia Parlamenti, seu quibuscumque aliis Deputatos, ipsamque Parliamenti Curiam, ac eorum Fautores, Consultores, Tabelliones, Notarios, Grapharios, Scribas, Ostiarios, seu Uscerios, Apparitores, Milites, Custodes, & Executores quoscumque, & eorum quemlibet, ac forsam per populum, & privatos Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayssini nostrorum praedictorum, aliasve quaslibet personas, etiam Regali, Ducali, & alia quacumque dignitate insignitas, ac speciali nomine exprimentas, & ipsorum quemlibet tam directe, quam indirecte, & qualitercumque super praemissis cum omnibus, & singulis inde secutis, ac quomodocumque, & quodcumque secuturis fuisse, & esse, ac semper fore penitus nulla, invalida, irrita, & iniqua, injusta, inania, viribusque, & effectu omnino vacua, ac contra Sacras Sanctiones attentata, & ab omnibus Juribus etiam divinis, ac gentium aliena, & abhorrentia, improbata, & reprobatata, proque nullis, invalidis, ac irritis habita, & in futurum perpetuo habenda, neminemque ad illorum, & cuiuslibet eorum etiam iuramento, etiam fidelitatis, & honore agi valata sint, & fuerint observantiam teneri, nec obligatum esse, minusque ex illis ullo unquam tempore, & ad quemcumque effectum

Confirmat ut
in rurs.

fectum etiam summarissimi possessorii ali-
quod, vel minimum jus, vel actionem,
aut titulum coloratum, vel causam possi-
dendi, insistendi, retinendi, aut prescri-
bendi, etiam si longissimi, immemorabilis,
& cujusvis alterius temporis possessio, seu
quali possessio subsequatur acquisitum, vel
acquisitam fuisse, nec esse, neque fore, nec
acquiri quoquomodo potuisse, aut posse.
Imo Nos predicta omnia, & singula nullo
prorsus excepto, iterum quatenus opus sit
de plenitudine potestatis, ac Sanctorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum, nostraque au-
thoritate damnamus, cassamus, improba-
mus, reprobamus, annullamus, & irrita-
mus; nulliusque roboris, vel momenti esse
denunciamus, & declaramus.

§. 2. Præterea pari auctoritate, ac de
eorumdem Fratrum nostrorum consilio, &
assensu, & itidem quatenus opus sit dici-
mus pariter, & declaramus, protestamur,
& nunciamus Nos, & Sedem prædictam,
Cameramque nostram Apostolicam possidisse,
& possidere, ac quasi possedisse, & qua-
si possidere respectively; necnon continua-
se, & continuare, ac semper etiam in po-
sterum continuare velle in antiquissima,
ac iusta nostra possessione Civitatis, & Ter-
ritorii Avenionen. & Comitatus Venay-
sini nostrorum prædictorum cum Supre-
mo, & Alto Dominio, ac eisdem modo,
& forma prout semper eadem Sancta Sedes,
ac Rom. Pont. Prædecess. nostri antea pos-
sederunt, & quasi possederunt, & perinde
ac si omnia, & singula præmissa, & quæcumque
alia subsecuta, & quodcumque, ac quomo-
documque subsecutura, gesta, & facta mi-
nime fuissent, nec aliquo modo emanassent.

Decretum it-
erans.

§. 3. Decernentes easdem præsentis li-
teras, ac omnia, & singula in eis contenta,
etiam ex eo, quod præfati, & quicumque
alii etiam speciales, & individua mentione,
& expressione digni in præmissis, seu eor-
um aliquo interesse habentes, seu habere
quomodolibet prætendentes illis non con-
fesserint, nec ad ea vocati, citati, vel audi-
ti, minusque causæ, propter quas eadem
præsentis emanarunt adductæ, verificatæ,
seu sufficienter, aut etiam ullo modo justi-
ficatæ fuerint, nullo unquam tempore de-
subreptionis, vel obreptionis, aut nullita-
tis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis
nostræ, aut interesse habentium consensus,
aliove quolibet quantumvis magno, & sub-
stantiali, ac incogitato, & incogitabili
defectu, vel ex quovis alio capite a jure,
vel facto, aut statuto, vel consuetudine re-
sultante, seu quocumque colore, prætextu,
causa, & occasione notari, impugnari, in-
validari, infringi, limitari, retractari, vel
in controversiam vocari, aut ad terminos
juris reduci posse, sed ipsas præsentis li-
teras, semper firmas, validas, & efficaces
existere, & fore, suosque plenarios, & in-
tegrus effectus sortiri, & obtinere, ac ab
omnibus, & singulis ad quos spectat, & spe-
ctabit quomodolibet in futurum inviolabi-
liter observari; Sicque, & non aliter in-
præmissis omnibus, & singulis censeari, atque

ita per quoscumque Judices ordin., & deleg.
etiam causarum Palatii Apost. Auditores,
necnon S.R.E. Camerarium, seu Pro-Ca-
merarium, & alios Cardinales etiam de la-
tere Legatos, eorumque Vice-Legatos, ac
Cameram Apostolicam prædictam Præsidentes
Clericos, ceterosque Sedis, & Camera hu-
jusmodi Officiales, & Ministros, & alios
quoslibet quavis auctoritate, præeminen-
tia, & potestate fungentes, & quodcum-
que functuros, sublata eis, & eorum cuilibet
quavis aliter judicandi, declarandi, &
interpretandi facultate, & auctoritate, sem-
per, & ubique judicari, & definiri debere,
ac irritum, & inane, quidquid secus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter attentatum est hætenus, &
in futurum quomodolibet contigerit at-
tentari.

Contrarius
derogat:

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac
quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ
Apostolicæ regula de non tollendo jure
quæsito, & rec. mem. Pii Papæ IV. Præde-
cessoris pariter nostri de gratis qualecum-
que interesse dictæ Camera concernenti-
bus intra certum tunc expressum tempus
in eadem Camera presentandis, & regi-
strandis, itaut præsentis literas ibidem
presentari, seu registrarî nunquam neces-
se sit, aliisque apostolicis, ac in universa-
libus, provincialibusque, & synodalibus
Conciliis editis generalibus, vel specialibus
Constitutionibus, & Ordinationibus, nec-
non quibusvis etiam juramento, confirma-
tione apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, usibus, & consuetudinibus
etiam immemorabilibus, legibus quo-
que, privilegiis, indultis, concessionibus,
& Literis Apostolicis quibuscumque locis,
& personis etiam Regali, & alia quavis
mundana, vel ecclesiastica dignitate ful-
gentibus, & alias quomodolibet qualifica-
tis, ac specialem expressionem requirentibus,
etiam motu, scientia, & potestatis ple-
nitudine paribus, ac consistorialiter, etiam
sub quibusvis verborum tenoribus, & for-
mis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus,
& insolitis clausulis, & decretis etiam irri-
tantibus, & alias quomodolibet in contra-
rium præmissorum concessis, factis, editis,
confirmatis, approbatis, ac pluries, &
quantiscumque vicibus iteratis, & innova-
tis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si
pro illorum sufficienti derogatione de illis,
eorumque totis tenoribus specialis, speci-
fica, individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem
importantes mentio, seu quævis alia ex-
pressio faciendæ, aut alia exquisita forma
ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi,
ac si de verbo ad verbum inserti essent,
præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, & insertis, formamque in illis tra-
ditam pro servata habentes, illis alias in
suo robore permanens, ad præmissorum
effectum specialiter, & expresse derogamus,
& derogatum esse volumus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Cate-

Transumptum
fides.

Dat. die 13.
Aug. 1663.
An. IX.

§. 5. Ceterum declaramus quoque eas-
dem præsentis literas, & in eis contenta,
quæcumque a Nobis emanasse sine præju-
dicio omnium, & quorumcumque aliorum
jurium, & remediorum Nobis, & dictæ Se-
di competentium, Nobisque facultatem re-
servamus illis quodcumque atendi co-
modo, quo Nos Deus illuminabit, & me-
morati Fratres nostri S.R.E. Cardinales in-
sinuabunt, ac prout vires nostræ divino au-
xilio innixe suppetent.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præ-
sentium literarum transumptis, seu exem-
plis, etiam impressis manu alicujus Nota-
rii publici subscriptis, & sigillo personæ in
dignitate ecclesiastica constitutæ munitis
eadem proflus fides ubique locorum, &
gentium in judicio, & extra illud habeatur,
quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent
exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die 13. Augusti 1663.
Pontificatus nostri Anno IX.

CDLIII.

Quod Officium Præpositi Generalis Cong-
regationis Clericorum Regularium Mi-
norum, in Domo S. Laurentii in Lucina de
Urbe durare debeat in perpetuum,
cum facultate tamen Capitulo Generali
eligendi alium si expedire videbitur.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Nomine dilectorum Filiorum Voca-
lium Capituli Generalis Congregatio-
nis Clericorum Regularium Minorum, in
Domo Regulari S. Laurentii in Lucina de
Urbe Congregatorum Nobis nuper expo-
situm fuit, quod cum dicta Congregatio a
felice record. Sixto Papa V. Prædecessore
nostro per quasdam suas ea super re expedi-
tas literas instituta fuerit, ea lege inter alia,
ut ipsius Congregationis Præpositus Gene-
ralis ad vitam durare deberet, sicut re ipsa
prima electio Præpositi Generalis hujus-
modi ad vitam facta fuit, subinde vero muta-
to hoc instituto, terminus durationis Præ-
positorum Generalium ejusdem Congrega-
tionis primum quidem ad triennium, & po-
stea ad sexennium præscriptus fuerit, &
abinde citra observatum sit præfatam Cong-
regationem continuis, talibusque vexata
fuisse dissensionibus, ut nisi eximia pru-
dentia, & vigilantia Venerabilis Fratris no-
stri Joannis Baptistæ Episcopi Albanensis
S.R.E. Presbyteri Cardinalis Pallotti nun-
cupati, dictæ Congregationis apud Nos, &
Sedem Apostolicam Protectoris, illis oc-
currisset, opportunaque remedia adhibuis-
set, Congregatio ipsa magnum discrimen
aditura fuisse videatur.

§. 1. Ipsi Exponentes, præmissis matu-
re consideratis, ad evellendam dissensio-
num hujusmodi radicem, unanimiter, &
nemine discrepante, per vota secreta de-

creverunt, Præpositum Generalem dictæ
Congregationis pro tempore eligendum,
non ad sexennium, sed in perpetuum, &
ad vitam eligendi durare debere, ea tamen
lege ut de cætero in omnibus, & per om-
nia serventur Constitutiones, & Ordina-
tiones, ac decreta Capitulum Generalium,
& integrum maneat Capitulis Gene-
ralibus ipsius Congregationis in futurum
in casu electionis faciendæ in eisdem Cap-
itulis Generalibus, Præpositos Generales eli-
gere etiam ad tempus, si ipsis Capitulis Ge-
neralibus pro majori Dei gloria, ac servi-
tio, & bono Religionis ita visum fuerit ex-
pedire, & alias prout uberius continetur in
iporum Exponentium Decreto desuper
emanato, & eorum manibus subscripto, te-
noris, qui sequitur, videlicet.

Decretum.

§. 2. Sessio x. habita die 11. Maji 1663.
circa durationem Præpositi Generalis ab
Eminentissimo, & Reverendissimo D. Car-
dinali Protectore, & Præsidente. Post matu-
ram, & multiplicatam ponderationem cum
quatuor Patribus deputatis, & aliis ex gra-
vioribus Patribus Capituli Generalis circa
durationem Præpositi Generalis, ut scilicet
reducatur ad durationem perpetuam, & ad
vitam ejusdem Præpositi Generalis, juxta
primum Institutum hujus Religionis a Ve-
nerabilibus Patribus Augustino Adorno, &
Francisco Caracciolo Fundatoribus, ut pie
credendum est Spiritu Sancto dictante, dis-
positum, & a Sancta Sede Apostolica, &
a fel. rec. Sixto V. approbatum, & in Bulla
erectionis specialiter expressum, adductis
gravissimis motivis, & rationibus, & exem-
plis ad rem faciendis, & auditis sententiis
omnium Patrum in Capitulo Congre-
gatorum propositum fuit per vota secreta
resolvendum, an in futurum Præpositus Ge-
neralis pro tempore eligendus durare de-
beat non ad sexennium, sed in perpetuum
& ad vitam eligendorum, ea tamen lege,
ut de cætero in omnibus, & per omnia ser-
ventur Constitutiones, & Ordinationes, &
Decreta Capitulum Generalium, & in-
tegrum remaneat Capitulis Generalibus il-
los eligere etiam ad tempus, si eisdem Ca-
pitulis Generalibus pro majori Dei gloria,
& servitio, & bono Religionis ita visum fue-
rit expedire per secreta suffragia, & qua-
tuor ex quinque partibus votorum concu-
rant, & insuper expressus accedat as-
sensus, & approbatio Sanctissimi Domini
Nostri, illiusque pro tempore Successorum
in perpetuum, & cum declaratione, quod
in quocumque casu desitionis, seu cessatio-
nis Præpositorum Generalium, ut supra
eligendorum extra tempus Capitulum
Generalium, Generales Præpositi extra
Capitulum Generale ad præscriptum Con-
stitutionum, seu Decretorum eligendi us-
que ad Capitulum Generale post dictam
electionem proxime celebrandum tantum
perdurent, reservato quatenus opus sit be-
neplacito Sanctissimi Domini Nostri nomi-
ne totius Capituli Generalis impetrando, &
a Procuratore Generali procurando. Et
per vota secreta omnibus concurrentibus
fuit

fuit resolutum affirmative. I. B. Cardinalis Pallottus, Protector, & Præses: Philippus Mascambrunus Cler. Min. Franciscus Meliori Cler. Min. Innocentius Lanzalunga Cler. Min. Ludovicus Revelo Cler. Min. Laurentius Bonafidanza Cler. Min. Clemens Gualterius Cler. Min. Franciscus Migliacci Cler. Min. Petrus Ansalonius Cler. Min. Marius Calderinus Cler. Min. Tiberius Maria Almericus Cl. Min. Ludovicus Protospadarius Cler. Min. I. Ximenes Cler. Min. Paulus Ayrolus Cl. Min. Lucas Ximenes de Los Cler. Min. Jacobus Pedicinus Cl. Min. Alfonso Rivelo Cl. M. Paulus Ayrolus Cl. Min. Secretarius Capituli Generalis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, præfati exponentes Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desiderent: Nos felici, prosperoque dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, prospicere, ipsorumque exponentium votis favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Decretum præfatum confirmat.

§. 4. Decretum præfatum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, hac tamen lege, ut casu quo servatis servandis, ut supra, Præpositus Generalis ad tempus electus fuerit, in casu nove electionis non possit denuo ad tempus eligi, nisi iterum per vota secreta quatuor ex quinque votorum partibus concurrant, & expressus assensus, & approbatio nostra, vel Successorum nostrorum in perpetuum accedat, & hoc toties quoties casu electionis advenerit, alioquin Præpositus Generalis ad vitam perduret.

Clausula addita.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria eodis.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon d. Congregationis, etiam juramen-

to, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem, prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis fides.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Aug. 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

Dat. die 22. Aug. 1663. An. IX.

CDLIV.

Ut tres Conventus, nimirum Vastinensis Inicastrensis, & Castrireginaldenis Custodiæ Sanctissimæ Trinitatis in Provincia Majori Turonia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum, uniri, & incorporari possint Provincie viciniori, aut commodiori Reformatorium, seu Recollectorium Ord. hujusmodi.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet merito nostrorum suffragio, præpositi felici religiosorum virore vota sua Deo reddere satagentium regimini, & quieti libenter consulimus, sicut in Domino conspicimus salubriter expedire.

Procurium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Theophilus Chairier Custos, ac omnes Fratres tam Superiores, quam inferiores Custodiæ Sanctissimæ Trinitatis Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Recollectorum nuncupatorum, & præsertim Joannes Baptista Baudin eorum specialis hac in parte Procurator, quod pro Reformatione Provincie Majoris Turonia Fratrum Minorum dicti Ordinis vigore quarundam fel. recod. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis literarum die 30. Augusti 1642., ac die 22. Januarii, & 22. Aprilis 1643., necnon die 2. Martii 1644. respectivè expeditarum dicta Custodia juxta quasdam re: me: Clementis Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri literas in Capitulo Provinciali ejusdem Provincie die 29. Augusti 1643. Rhedonis celebrato per Venerabilem Fratrem Henricum tunc Episcopum Rhedonen. Apostolicum hac in re Commissarium erecta, & confir-

Expositio.

Confirmata fuit, illique sex Conventus, videlicet Rhedonenis, Venetensis, Corizopitenis, Vastinensis, Inicastrensis, & Castrireginaldenis assignati fuerunt. Verum nihilominus Fratres dictæ Provincie Majoris Turonia sic erectam, & confirmatam auctoritate apostolica Custodiam hujusmodi, imo, & ab ipsis receptam, laudatam, & approbatam sub propriis Chirographis, propter quasdam difficultates tribus Conventibus principalioribus privaverunt, eique tres supradictos Conventus Rhodonensem scilicet, Venetensem, & Corizopitensem dare noluerunt.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat, jam nulla superstit spes Fratrum Reformatis intentam ab ipsis Reformationem in dictos tres Conventus, imo in totam Provinciam introducendi, propter rationes alibi allatas, & tantas difficultates de die in diem magis crescentes, quinimo nec pacifice in tribus Conventibus, qui eis supersunt, vivendi, nisi a dicta Provincia Majoris Turonia omnino separentur, tum propter exiguitatem ipsorum, tum propter penuriam locorum, & injuriam temporum: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi de medio opportuno regulam suam ad literam observandi juxta præscriptum præfatarum Clementis Prædecessoris literarum, quibus omnes, & singuli subscripserunt, provide-re, & ad hunc finem cum soli Fratres Recollecti in Gallia sub dictis Clementis Prædecessoris literis regulam servent, ipsis, ut una cum prædictis suis tribus Conventibus viciniori, aut commodiori Provincie Fratrum Recollectorum, seu Reformatorum in Gallia, nempe Provincie Sanctæ Mariæ Magdalene, quæ annuente dilecto filio Ministro Generali dicti Ordinis eos recipere parata est, servato tamen jure uniuscujusque uniri, & incorporari valeant permittere, ad hanc unionem, & incorporationem perficiendam, plenam potestatem, Commissario per eundem Ministrum Generalem deputando concedere de benignitate apostolica dignaremur, ita re perfecta a dicto Commissario unione, seu incorporatione hujusmodi, Minister Provincialis dictæ Provincie Sanctæ Mariæ Magdalene supradictos tres Conventus, & Fratres omnes in eis degentes, sicut alios Fratres Provincie hujusmodi in posterum visitare, & corrigere, ac de illis sicut de aliis disponere possit, maxime cum propter hanc unionem, seu incorporationem, nec dicta Custodia, nec Provincia prædicta quicquam super aliis memoratæ Provincie Majoris Turonia Conventibus prætendant.

Confirmat in rub.

§. 3. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequen-

dum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ac audito per eosdem Cardinales, & consentiente præfato Ministro Generali Ordinis hujusmodi, ut memorati tres Conventus, nimirum Vastinensis, Inicastrensis, & Castrireginaldenis uniri, & incorporari possint Provincie viciniori, aut commodiori Reformatorium, seu Recollectorium auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus; ac hujus unionis, & incorporationis peragendæ facultatem Commissario ab eodem Ministro Generali deputando auctoritate, & tenore prædictis tribuimus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literis, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, ac Provincie, & Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Sept. 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

Dat die 17. Sep. 1663. An. IX.

CDLV.

Commissio D. Cardinali Vicario Urbis, ut Præsidentem, & Auditorem Regiæ Audientie Montis Fusculi in Regno Neapolitano a violatæ Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ excessibus Beneventi commissis absolvat.

Ex Regest. in Secret. hvo.

Dilecto Filio nostro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali. ALEXANDER PAPA VII. Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sedes Apostolica pia Mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate

Procurium.

Supplicatio.

tate filiis propitiam se solet exhibere, & benignam.

§.1. Cum itaque dilecti filii Franciscus Pasqualis Magister Campi, & Præses Regiæ Audientie Montis Fusculli in Regno Neapolitano, ac Carolus Vellius Auditor ejusdem Audientie cum literis dilecti filii nobilis Viri Gasparis de Braccamonte, & Gusman Comitis de Penaranda dicti Regni Proregis, die 16. Junii proxime præteriti scriptis ad hanc Almam Urbem nostram nuper venerint, Nobis humillime supplicandi ergo, prout etiam tam proprio, quam dilectorum filiorum Proregentis Curia Vicariæ Neapolitanæ, ac Commissarii Campaniæ, omniumque aliorum Officialium, & Militum Regionum excessus mense Martio proxime præterito in Civitate nostra Beneventanæ commissi complicum nominibus supplicaverunt, ut sibi, & illis beneficium absolutiois ab excommunicatione, aliave quacumque poena tam spirituali, quam temporalis per eos ob violationem tam Immunitatis, quam Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & temporalis, tum quia armata manu eandem Civitatem Beneventanæ ingressi inde quondam Josephum Carasam Clericum, & alios assertos homicidii Neapoli in personam quondam Augustini de Flore commissi complices eduxerunt, licet illi nomine Curie Ecclesiasticæ, & secularis dictæ Civitatis nostræ Beneventanæ in Carceribus detinerentur, & aliqui eorum ex loco Immunitate Ecclesiastica gaudente extracti fuissent, seque Clericos esse prætendissent, tum etiam propter mortem subinde eisdem Carceratis illatam, ac demum quia dilectum etiam filium nobilem Virum modernum Principem Terræ della Riccia nuncupatæ in præfato Regno Neapolitano confitentis, & aliquot ejus homines dum ipsi januæ, & parietibus Ecclesiæ S. Honuphrii in Territorio dictæ Civitatis Beneventanæ adhærebant, apprehenderunt, & captivos abduxerunt, incurris, concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Hinc est, quod Nos, attentis memorati Gasparis Comitis Proregis supplicationibus, multisque excusationibus ad hoc, ut casus prænaratus, qui multas secum tulit considerationes, etiam a tumultibus popularibus petitas, venia, & commiseratione dignus existimaretur, adductis, & præcipue attenta repositione præfatorum Principis Terræ della Riccia, ejusque hominum in eodem loco facta unde extracti fuerant, dictos Franciscum Præsidem, & Carolum Auditoem Audientie suprascriptæ, qui vera poenitentia signa ostenderunt, paterna clementia nostra prosequi decrevimus.

§.2. Itaque circumspeditioni tuæ per præsentem injungimus, ut prævia revocatione & annulatione omnium, & singulorum actuum, & attentatorum a præfatis Franciscis Præside, & Carolo Auditore in præmissis quovis modo gestorum, & factorum, præstitaque prius per eos obligatione juramento vallata de damnis, & interesse, ad quæ de jure tenebantur, statim atque liqui-

Confirmat, ut in rub.

data fuerint rescindendis, ac facta etiam prius per eos promissione quod in futurum a similibus violentiis, & attentatis abstinebunt & quicquid eis præscriptum, & injunctum fuerit, priusquam infra scriptæ absolutiois beneficium obtineant, observabunt, & adimplebunt, eosdem Franciscum Præsidem, & Carolum Auditoem Audientie hujusmodi, & eorum singulos si hoc a te humiliter petierint a reatu violatæ per eos, ut præfertur Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & temporalis, ac excessibus prænaratis, necnon excommunicationis, aliisque censuris, sententiis, & pænis tam spiritualibus, quam temporalibus, quas propter præmissa quovis modo incurrerunt aut incurrisse dici, censerit, vel præteriti possent in utroque foro auctoritate nostra Apostolica in forma Ecclesiæ consueta absolvas, & totaliter liberes, illisque, & eorum cuilibet poenas hujusmodi gratiose remittas, & condones, ac eos, & eorum quemlibet in pristinum, & eum, in quo antequam eadem præmissa evenirent quomodolibet erant, statum restituas, reponas, & reintegres; Nos enim quacumque necessariam, & opportunam tibi ad præmissa facultatem harum serie, auctoritate prædicta, tribuimus, & impertimur.

Contraria tollit.

§.3. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.4. Volumus autem, ut omnium, & singulorum actuum hujusmodi in executionem præsentium literarum a Te, & coram Te respective gerendorum monumenta conficias, seu confici cures, quorum exempla authentica tam ad Secretariam Congregationis Venerabil. Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Immunitati Ecclesiasticæ, & controverfis jurisdictionibus præpositæ, quam ad Cancellarias Curiarum Archiepiscopaliū Neapolitanæ, & Beneventanæ transmittas, ad hoc, ut ibidem respective ad perpetuam rei memoriam conserventur.

Dat. die 20. Sep. 1663. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Sept. 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

CDLVI.

Deputatio D. Cardinalis Vicarii Urbis, & Al. in solidum in Executores privilegiorum Capituli, & Canonicorum S. Mariæ in Rotunda Urbis eisdem competenti super Platea ante dictam Ecclesiam.

Ex Regest. in Secret. Brno.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias postquam Ecclesiæ S. Mariæ in Rotunda de Urbe, ipsiusque Almæ Urbis nostræ decori consulendi studio,

Motiva.

dio, omnes ædes, & ædificia quacumque portuicui ejusdem Ecclesiæ adjacentes, & adjacentia, ac ad dilectos filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ hujusmodi spectantes, & spectantia penitus, & funditus dirui, & demoliri, illorumque rudera, & cements inde asportari, necnon domunculas ligneas, tabernas, scamna, & tabulata quacumque in Platea dictæ Ecclesiæ existentia inde amoveri, & penitus tolli; certum vero loci spatium in formam hemicycli aliquantum oblongi, ac labra, & ornamenta fontis, qui in medullio ejusdem Plateæ situs est, ab ea parte, quæ versus Ecclesiam S. Mariæ Magdalene præteditur, ambientis pro collocandis illic domunculis, seu tabernis mercatoriis designari, ibique domunculas, seu tabernas hujusmodi locari, illam autem dictæ Plateæ partem, quæ Ecclesiam, & fontem prædictos interjacet, necnon vias publicas in ipsa Platea circumquaque existentes ejusmodi impedimentis liberas, & vacuas remanere jufferamus, hæcque omnia te ipsa ab illis, quibus hanc curam dederamus, executioni demandata fuerant; facta etiam per dilectos filios Magistros viarum dictæ Urbis exacta locorum Plateæ præfate, tam eorum, quæ libera, & vacua remanere, in quibus domuncule, seu tabernæ mercatorie hujusmodi collocari deberent, delineatione, seu planta, quæ in actis eorumdem Magistrorum viarum, die 26. Aprilis proxime præteriti exhibita reperitur; Nos, ut præmissa omnia, & singula ad Ecclesiam, & Urbis præfatarum ornatum perpetuis futuris temporibus inviolabiliter servarentur providere, ac memoratorum Capituli, & Canonicorum indemnitati consulere cupientes per quoddam nostras in simili forma Brevis die 27. dicti mensis Aprilis expeditas literas motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine areas ædium, & ædificiorum jussu nostro dirutorum, & demolitorum, ut præfertur, ac universam Plateam prædictam excepto dumtaxat supradicto loci spatio pro collocandis domunculis, seu tabernis mercatoriis, sicut in præfata delineatione, seu planta videre est designato, a dominio, proprietate, servitute, aliisque juribus quibuscumque tam memoratis Ecclesiæ, ejusque Archipresbytero, & Capitulo, & Canonicis ex immemorabili præscriptione, usu, seu consuetudine, ac sel. rec. Sixti IV., Innocentii VIII., Julii II., Sixti V., & Urbani VIII. aliorumve quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum concessionibus, declarationibus, decretis, aliisque dispositionibus quibuslibet, & alias quovis modo, titulo, & causa, quam cuicumque alteri super Platea hujusmodi quomodolibet competentibus, & quæ illis quoquo modo competere præteriti possent, itaut nec dictis Archipresbytero, ac Capitulo, & Canonicis, nec aliis personis quibuslibet quacumque dignitate, auctoritate, honore, prerogativa, præeminentia, privilegio, &

Decretis aliorum Pontificum.

indulto suffultis, & præditis ullatenus unquam liceret domunculas, tabernas, scamna, tabulata, mensas, banchos, vel alia impedimenta quacumque in alio quolibet dictæ Plateæ per demolitionem ædium, & ædificiorum præfatorum jussu nostro factam, ut præfertur, ampliata loco, quam in spatio pro collocandis domunculis, seu tabernis mercatoriis prædictis designato, & in planta, seu delineatione suprascripta descripto sub quovis prætextu, causa, colore, vel ingenio collocare, seu collocari facere, aut collocandi licentiam, vel facultatem tribuere, seu ibidem carnes, pisces, panem, olera, fruges, fructus, aliave cujusvis generis esculenta, ac flores, & alia mercimonia quacumque venum exponere, aut venalia habere, seu alio quocumque modo ejusdem Plateæ venutari, & libertati officere; sed ipsa Platea, excepto dumtaxat jam dicto loci spatio, semper libera, & vacua remanere deberet, salvo tantum illo jure, quod in memorati Urbani Prædecessoris literis pariter in forma Brevis, die 9. Februarii 1628. emanatis domorum in Platea hujusmodi sitarum Dominis, vel Inquilinis expresse reservatum reperiebatur, penitus, & omnino exemimus, & plenarie liberavimus. Ac præfatis Capitulo, & Canonicis, ut ipsi perpetuis futuris temporibus spatio loci pro domunculis, seu tabernis mercatoriis, jussu nostro, ut præfertur, designato uti, ibique domunculas, seu tabernas hujusmodi collocatas habere, ac illis personis sibi beneficiis locare, pensionelque, & emolumenta quacumque inde proventura percipere, exigere, levare, ac in suos usus, & utilitatem convertere, necnon privilegiis, favoribus, gratiis, & indultis quibuscumque ipsis, & dictæ Ecclesiæ per memoratos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & præsertim Sixtum V. per suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1586. Idibus Novembris Pontificatus sui Anno secundo, & Urbanum VIII. per suas præfatas in forma Brevis respective expeditas literas concessis, & approbatis (quæ omnia, & singula quatenus præfatis nostris literis non adversabantur, & non alias confirmavimus, & approbavimus; quatenus vero nostris literis erant contraria, revocavimus, abrogavimus, cassavimus, viribusque, & effectu vacuavimus) sicut eatenus usi, potiti, & gavisi fuerant, ita, & in posterum frui, potiri, & gaudere libere, & licite possent, & valerent, concessimus, & indulimus, & alias prout in eisdem nostris literis quarum, necnon præfatarum Sixti V., & Urbani VIII. prædecessorum literarum tenores, & datas etiam veriores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Motiva.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, memoratis Capitulo, & Canonicis executionem privilegiorum, favorum, gratiarum, & indultorum hujusmodi ipsis, & dictæ Ecclesiæ a præfatis Romanis Pontificibus Præ-

V v decesso.

decessoribus nostris, & praesertim Sixto V., & Urbano VIII. per eorum literas supradictas respective concessorum, & approbatorum, ac a Nobis per literas nostras praefatas, ut praefertur, confirmatorum petentibus multi Domini, seu Inquilini domorum Plateae praefatae adjacentium, & praecipue Curatores, seu Administratores, vel Procuratores, seu negotiorum gestores quorundam locorum piorum sese opponant, forum declinare satagentes, causasque coram eorum Judicibus reassumentes; unde eorundem literarum executio suspenditur, in grave Ecclesiae, ac Capituli, & Canonicorum praefatorum damnium, & praedictum. Hinc est quod Nos eorundem Ecclesiae, ac Capituli, & Canonicorum indemnitati per amplius providere volentes, distorumque Archipresbyteri, & Capituli, & Canonicorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequentiarum serie absolvent, & absolutas fore censentes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus dilectis filiis nostro in dicta Urbe Vicario in spiritualibus, ac causarum Curiae Camerae Apostolicae Auditori Generalibus per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, etiam private quoad alios quoscumque Judices etiam privilegiatos, & speciali mentione dignos, per se, vel alium, seu alios praefatas nostras, ac Sixti V., & Urbani VIII. Praedecessorum literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte distorum Archipresbyteri, ac Capituli, & Canonicorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem Archipresbyterum, ac Capitulum, & Canonicos tam in Causis introductis, quam deinceps quomodocumque, & quancumque introducendis eorundem nostrarum, ac Sixti V., & Urbani VIII. Praedecessorum literarum, omniumque, & singulorum in eis respective contentorum, quatenus tamen illa per praefatas nostras literas revocata non sunt, commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Fiunt decreta executores iustitiae.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstant quacumque litis pendente, aliisque praemissis, necnon omnibus, & singulis illis, quae memorati Sixtus V., & Urbanus VIII. Praedecessores voluerunt in suis, & Nos volumus in nostris respective literis praefatis non obtinere, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Octobris 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

CDLVII.

Super Concordia facta inter Procuratores Generales Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Ordinis B. Mariae de Mercede.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EMANAVIT nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Romanae Ordinum Redemptionis Captivorum.

Decretum Sacrae Congreg.

§.1. Cum Fr. Franciscus de la Rosa Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Sanctae Mariae de Mercede supplicem libellum Sanctissimo porrexisset, quo se, suumque Ordinem admodum lesos conquereretur de assertionibus, quas diutim typis, ac viva voce, tum in concionibus, tum in publicis disputationibus vulgari student Fratres Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, nempe quod ipsi Fratres de Mercede non ex primavo eorum Ordinis instituto injunctum fuerit, sed ex voto mox ipsidem accesserit Christi fideles Captivos e manibus Barbarorum redimendi onus, sortibusque olim commissum firmatumque, ut idem Ordo de Mercede Ordini Sanctissimae Trinitatis tandem uniretur, quae praesertim contineri asserbat in libello novissime impresso Romae typis Angeli Bernabò a Verme, anno 1660. cui titulus est Vita Sanctorum Joannis de Matà, & Felicis Valloys Fundatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis, Sanctitas Sua speciali ejus rescripto ob lites inter Ecclesiasticas, & Regulares personas dirimendas absque strepitu, & figura iudicii, atque ad sedanda scandala exinde orta, & oriunda: potissimum vero ad perpetuum inter Fratres praedictorum Ordinum charitatem stabilendam, rei amicabiliter inter eos consulendam, & componendam Provinciam commisit Rev. P. D. Phœbeo, tunc Sacrae Rituum Congregationis a Secretis, qui accersitos, ac plures seorsim, & una simul auditos Procuratores Generales utriusque Ordinis, nempe praefatum Fratrem Franciscum de la Rosa Mercedarium, & Fratrem Joannem a Conceptione Excalceatum Sanctissimae Trinitatis, pariter assererent, quod Fratres Mercedarii his prorsus non dissimilia evulgant de Fratribus Sanctissimae Trinitatis, in eam tandem sententiam adduxit, ne sub poena privationis vocis activae, & passivae in perpetuum aliquis eorum audeat, seu praesumat in posterum scriptis, aut viva voce, tum in concionibus, tum in publicis, & privatis disputationibus praedi-

praedicta sub quovis praetextu, vel quaesito colore praedicare, asserere, disputare, & affirmari facere, & curare; siquidem adversantur literis Summorum Pontificum; praesertim vero Clementis VIII. incipientibus, Romanae Catholicae Ecclesiae. Datum Kalend. Maji 1601. super Canonizatione Sancti Raymundi de Peniafort, §.17., & 18. ac respective literis Innocentii III., aliorumque Pontificum. Praeterea libellum, de quo supra, in novis impressionibus ap. 155. ad pag. 158. omnino conformandum esse enunciatae Constitutioni Clementis VIII. ac sub iisdem poenis denuo non imprimi nisi ab eodem libello expunctis assertionibus praefatis. Verum quia inter haec praefatus Rev. P. D. Phœbeus ad Praeceptoriam Sancti Spiritus in Saxia promotus fuit, & ipse Secretariae Congregationis Sacrorum Rituum additus sum, Sanctissimus mihi per aliud subsequens rescriptum mandavit, ut desuper praedictis omnibus, ac singulis decretum ederem, ac idem in acta Sacrae Congregationis referrem, sub expressis poenis, aliisque gravioribus arbitrio Sanctitatis Suae infligendis executioni omnimode demandandum, prout demandari mandat. Die 2. Octobris 1663. M. Episcopus Sabinenus Card. Ginnetus.

Decretum praedictum confirmat.

Clausulas addit.

§.2. Cum autem, sicut pro parte praefatorum Francisci de la Rosa, & Joannis a Conceptione Procuratorum Generalium, Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius substantia, & observatione Apostolicae confirmationis nostrae robore communiri summopere desiderent; Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus; salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si sacus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis

tenus opus sit, distorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

§.5. Volumus autem, ut eorundem praesentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem proflus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensa.

Transumptis danda fides.

Datum in Arce Gandulphi, Dioc. Albanensis, sub Annulo Piscatoris, die 30. Octobris 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

Dat. die 30. Oct. 1663. An. IX.

CDLVIII.

Confirmatio Decreti S. Congregationis Rituum, quo responderetur Clericos Civitatis Seguntin. indutos Cotta, seu alio Ecclesiastico indumento praefereandos esse privatis personis, seu aliter Clericis nullo Choralis, seu Ecclesiastico indumento suffultis.

Ex Reg. in Secret. libeo.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. ALIAS emanavit a Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Card. Sacris Ritibus praepositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Seguntina Capitulum Seguntinum Sac. Rituum Congr. supplicavit ut declarare dignaretur, an Clericis Cotta indutus praeferendi videantur Acersecomites Episcopi intercessentes sine Cotta. Et Sacra eadem Congregatio respondit, Clericos indutos Cotta, seu alio Ecclesiastico indumento praefereandos esse privatis personis, seu aliter Clericis nullo Choralis, seu Ecclesiastico indumento suffultis. Die 20. Novembris 1660.

Sacr. Congreg. decretum exhibetur.

M. Cardinalis Ginnetus. Loco Sigilli.

Bernardinus Casalius S. R. C. Secr. §.2. Cum autem, sicut dilecti filii Capitulum, & Canonici Ecclesiae Seguntin. Nobis exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius substantia Apostolicae confirmationis nostrae robore communiri summopere desiderent; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus